

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XVIII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

& fronte oleo inunctis. Cum Alcyone amicitiam sum-
mam colit, ita ut si in eadem sint domo, & illa intereat,
hic etiam inedia se interimat. Vulpium carnes
coctas qui degustaverunt, per duos menses ab illorum
cauti sunt infidiis. *Boëtius.* Quantum ad Gallum Gal-
linaceum *Gesnerus ex* manuscripto Germanico se de-
cerpsisse ait: Virum quendam nobilem in colicis affe-
ctibus, post multa remedia frustra tentata, epoto tan-
dem pinguedinis capi in aqua absque sale decocti cy-
atho, sanitati restitutum esse. Oportet autem, inquit,
pinguedinem juri innatantem bibere calidissimam.

C A P U T . X V I I I .

D E G R U E & G A L B U L A .

G Rues omnem terrarum peragunt orbem; in o-
mni tamen sponte degere terra, vix crediderim,
inquit *Aldrovandus l. 20.* Aspera ejus arteria utrinque
inseritur in carnem, penitus ad os sternon. Vnde ex
longinquo auditur. Migrant, sed haud observato tem-
pore, quam autem celeriter exemplo Cyri patet, qui
per intervalla locorum, tabellarios ita disposuisse le-
gitur, ut fatigatis recentes, & nocturni diurnis succe-
derent, quo volantes superarent grues. Inter volan-
dum trianguli oxygenii constituunt formam, ut aërem
adversum penetrrent facilius. Quæ agmen cogit cæ-
ras, ut ait *Isidorus*, castigat, raucescenti succedit alia.
Vbi in terram descenderint cibi gratia, dux in altum
caput erigit in custodiam omnium, cæteræ securè pa-
scuntur. Antequam quiescant, ducem rursus consti-
tuunt, qui erecto collo provideat, tum cæteræ dot-
miunt, capite sub alam condito, alternis insistentes
pedibus. Dux agmen circuit, & si quid accidat, exclama-
mat. Ne somno opprimantur, unico insistunt pede, al-
tero sublimi lapillum continentis, ut si quando labore
fatigatas somnus oppresserit, edito strepiu ex lapilli ex-
pergiscantur casu. Magnus illis erga pullos amor est, ut
pro educandis decertent. Vedit Albertus gruem matrem

de-

dijete feim
di ruisib
zum zblu
mazene ge
mazem co
la fufediu
wetis fidus
nican in eo s
re, aidam
fondi ex pi
ni hyderis ex
good le tudi
Germanio
certa spes

D
G Recal
quia à
tradanc,
rum exi
dere, que
tere folien
quod clari
biles hinc
cete naz
strum digi
volucres;
vis, ade
tie, redd
his german
cupientes

dejicere fœminam & occidere, rostro undecim inflatis vulneribus, eo quod pullos, quo minus se sequentur, abstraxisset. Hoc accidit Coloniæ, ubi grues mansuetæ generate solent. Quæ de illarum & Pygmæorum concertatione dicuntur, anilia sunt. *Galbulæ* suspendit suum nidum in ramis cyathi modo, ut nulla quadrupes accedere possit. Figuram testiculorum arietis nidus refert. *Albert. Magn.* Sunt qui dicunt ferricum in eo reperiunt, avem ab aqua non longe ædificare, nidum ex musco, funiculos vero quibus eum suspendit ex pilo equino esse. Discedit ex Italia Attili syderis exortu. Dependens pedibus somnum capit, quod se tutoitem speret. *Plin. l. 10. c. 33.* Cum ad Germanos accidit, non amplius nascituras pruinias certa spes est.

CAPUT XIX. DE GRACULO.

*G*raculum præter segetes locustis vesci colligitur, quia à Lemni Insulae incolis, has aves coli solitas tradunt, quoniam adverso volatu occurrent locustarum exitio. *Plin. 10. c. 29.* Mares malunt vitam perdere, quam fœmellas deferere. Oculus retenti impetrare solent. Ratio redditur à Nicolao Leonico: Vel quod clari perlungentesque existunt oculi, & bene mobiles: hujusmodi autem aves res ad se trahere & allucere natæ sunt. Nam & commotum etiam circa rostrum digitum frequenter appetere & scalpere solent volucres: Vel quia oculis absoluta adest speculorum vis, adeo ut tam parva pupilla, totius ex adverso stanpis, reddat imaginem. Alter igitur, quia effigiem in his cernunt suam, velut ad cognita desideria tendere cupientes, illos appetere, verisimile est.

CAPUT